

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXII

VT

SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI
D O M I N I

FRIDERICI

MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE
RELIQVA

NATALEM

QVINQVAGESIMVM. SECVNDVM

D. X. MAII. MDCCCLXII. IN. CVRIANO

DEBITA. PIETATE. ET. RELIGIONE. PRAEEVNTIBVS
IO. GEORG. ALBERTO. CAROLO. BAVMANNO

LVDOVICOPOLITANO

CARMINE. MARONIANO. VOTIVO

IOANNE. GEORGIO. CRAVSIO. CVRIENSI

ORATIONE. LATINA

DE. MORTE. PRINCIPVM. NVNC. BELL. NVNC. PACIS. NATALI
GEORG. CHRISTOPH. LOEWELIO. NEVLINENSI

ORATIONE. VERNACVLA

DE. PERPETVA. RVSSOS. INTER. ET. PRVSSOS. AMICITIA

CONCELEBRENT

REI. PVBLICAE. PROCERES. CIVES. Q

QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. IT. ROGATVM

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CAESAREAE. FRANCISCAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR

FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. SOC. IENENS. LATIN. ET. ALTORF.

TEVTON. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE

LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII

GYMN. TYP

Interfectio II.

QVI HERMVNDVROVVM TERRAE FINES CIVILES?

Particula V.

Index dictorum.

§. XVIII. Ab LANGOBARDIS?

§. XVIII.

μέρος δὲ τι αὐτῶν τῶν Σουήων, καὶ πέραν τοῦ Ἄλεις νίμεται, καὶ ἴσπερ ΕΥΜΟΝΔΟΡΟΙ καὶ ΔΑΓΚΟΣΑΡΓΟΙ, quibus geographorum príscorum prínceps 1.) HERMVNDVROS noítros adponit LANGOBARDIS. Euiçi, 2.) vt puto, satis, ΕΥΜΟΝΔΟΡΟΣ esse HERMVNDVROS pariter ac ΔΑΓΚΟΣΑΡΓΟΣ LANGOBARDOS. Hos autem hic Δακκοβάρδους, ille Λαγκοβάρδους, iste Λογτωβάρδους, alter Λαγτωβάρδους, alter Λογτοβάρδους, alius Λαγτοβάρδας scripsit. Verum enim vero quantum est ori vago inter A et Ó? 3.) Alii de Latii Longo alii de Germaniae Lang cogitauerint. Quis tamen nationis Teutonicae nomen ex eiusdem lingua haud arcesferet? r et k Graecorum aequae ac Latinorum G et C palato 4.) proferuntur. Quid autem frequentius 5.) permutatione literarum vnus eiusdemque organi? 6.) Qui non 7.) adtenderint ad insigne nationis,

1.) Strabo ΓεωγραΦ. Lib. VII. p. 446.

2.) In meae Notitiae Hermundurorum Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. I. prelo paratae.

3.) Cuius per Analecía meá Brandenburgica plus quam sexcenta exempla.

4.) Vnde palatinae literae quibusdam natae, quas nescit vniversa antiquitas. Non nescit quidem palatinum. Sed id petit ex palatio.

5.) Quod vel ipsi meo nomini obtigit, quod LANkolius subinde auditur.

6.) De palato obseruarunt Lau-

renbergius in Antiquar. p. 191. Voslius de Art. Grammat. Lib. I. Cap. XV. et ad Caesar. de Bell. Gall. Lib. VI. Cap. XXIII. n. 2. Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVI. Cellarius de Orthogr. Latin. p. 20. Perizonius ad Sanct. Mineru. Lib. I. Cap. VI. nota 4. Mylius in Archaeolog. Teut. inter Leibnitii Collectan. Etymolog. Part II. p. 102. seqq. Cortius de Vfu Orthogr. Latin. Cap. II. §. V. Wachterus Gl. German. Proleg. Sect. III. sub G.

7.) Adsignatur enim in vniversum maioribus nostris.

nationis, petierint LANGOBARDORVM nomen ex *Barrito*. 8.) propiorius *Bardito*. 9.) Huic modo praefigant istud 10.) *Lang Longum*. Neque illud obprobrio LANGOBARDIS. *Bar*, vnde, quod nostri cum maxime adamant, 11.) *Baro*, 12.) est *vir conspicuus*. 13.) *Baren* est *clamare* 14.) ac vel vt *clasicum canere*. 15.) *Barten* est *pugnare, caedere, secare*, 16.) quod 17.) cum *Helle* in *Hel-lebarte* 18.) confluit. Quae cum ita sunt, LANGOBARDI esent *virii ad fortiter pugnandum se mutuo animantes*. 19.) Haec vero non nationis alicuius sed totius Germanorum gentis indoles. 20.) Nisi aequae inter communia eorundem arma 21.) *framea*, quae *angustum et breue ferrum* 22.) in nostratum 23.) *Pfrimen* comparet, 24.)

G g 2

haud

8.) Cornelii de Sit. Morib. et Pop. German. Cap. III. n. 2.

9.) Ammiani Marcellini Rer. Gest. Lib. XVI. Cap. XII. p. 159. et Lib. XXVI. Cap. VII. p. 507. Gronouiani. Ad Vegetium de Re Milit. Lib. III. Cap. XVIII. non ausim prouocare.

10.) Supra post numerum 3. iam productum.

11.) Non illud Latii, quod in numero Contumeliosorum Nominum Cl. Meisneri nostri Part. I. p. 10. seq. sed Teutonum.

12.) Teste nouissimo Wachtero Gl. German. Tom I. p. 123. et dudum ante eum Morhofio in Institut. Tenton. Ling. et Poef. Part. I. Cap. VII. p. 122.

13.) Auctore eodem p. 120.

14.) Interprete eodem p. 116. seq.

15.) Quod solenne praescis Germanorum in proelia ituris, vt testantur Tacitus Cap. VII. n. 1. et 2. ac Ammianus Marcellinus Lib. XVI. Cap. XII. p. 159. Haec obuersaban-

tur Alexandro ab Alexandro in Genial. Dier. Lib. III. Cap. VII.

16.) Isto Wachtero p. 125. monitore.

17.) Ceu idem linguae nostrae literator p. 124. docuit.

18.) De quo paullo post numero 27.

19.) Qui iam Vettero istum Cornelianum *Barritum* tractanti.

20.) Quam adumbrarunt nota 15. laudati.

21.) In quibus habetur *framea* Tacito de Sit. Morib. et Pop. German. Cap. VI. n. 2. Cap. XI. n. 6. Cap. XIII. n. 2. Cap. XIII. n. 8. Cap. XVIII. n. 4. et Cap. XXIII. n. 1.

22.) Ad imaginem Cornelianam Cap. VI. n. 2.

23.) Distinxit quidem Wachterus *frameam* medii aevi a *framea* veterum Germanorum. Vellem, vt eius rationem reddidisset, quam ariolari non possum.

24.) Qualis comparuit iam dudum Althamero et vel nuperrime

haud abfimilis 25.) bipenni 26.) in securim definens punctim caesimque feriendo nostris nomine *Hellebarte* 27.) quam quae notissima, 28.) inde naetos esse nomen suum LANGOBARDOS qua si *longa* eius modi *bipenni* ornatos existimaueris, 29.) Certum fuit olim, 30.) LANGOBARDOS a *barbae longitudine* fuisse adpellatos, quia illorum lingua *lang longam bard barbam* significat, 31.) Fuit nostra memoria, 32.) qui nil ob stare putauit, vt

LANGO-

Doctissimo Achenwallio de Vet. German. Armis §. VII. p. 19.

25.) Ita visa Colero ad Corneliana.

26.) Secus tamen sentiunt Strauchius in Tacit. de Morib. German. Disf. III. Cap. II. §. V. et nota 24. laudatus Achenwallius §. VIII.

27.) Cuius vocis origines paullo ante numero 18. paucis adtigi.

28.) Vel a Wachtero p. 700. seq. notior reddita.

29.) Si adfenseris Beuthero filio ad parentis Comment. in Tacit. de Sit. Morib. et Pop. German. Cap. XXX. pr. Somnero in Diction. Anglosax. v. *Langbeardas*, Entzeltio in Chron. March. Vet. Cap. XIII. Vosio de Vit. Sermon. Lib. II. Cap. XVll. v. *Saxa* p. 274. Loccenio in Antiq. Suedo-Goth. Lib. III. Cap. II. p. 120. Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. III. §. XXVI. p. 76. et nota (*) p. 77. Iunkero in Geograph. Med. Aeu. Part. II. Cap. III. §. II. p. 166. Eorum sententiam tueri quosdam iam obseruarunt Vetterus et Dithmarus ad ista Corneliana Cap. XXX. Gesnerus in Ling. et Erudit. Thes.

Tom. III. p. 119. Cl. Steffensius in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. I. p. 53. Reiecerunt Winkelmannus in Notit. Westphal. Lib. II. Cap. III. §. XXII. p. 259. Brechenmacherus in Notit. Sued. Antiq. §. XI. Abelius in Antiq. Teuton. Cap. II. §. XVIIII. p. 367.

30.) Paulo Warnefrido a munere sacro Diacono Hist. Langobard. Lib. I. Cap. VIII. et Isidoro Eymol. Lib. VIII. Cap. II. vnde istud Guntheri Ligurini:

Dicitur a longis ea Longobardica barbis.

31.) Suffragia tulerunt Althamerus, Kirchmaierus et Vetterus ad Taciti saepius indicata, vt et notae Germ. Crusius in Annal. Sued. Part. I. Cap. III. No. 27. a Warnstaedt in Encom. March. Brandenburg in Ceieb. Kusteri Opusc. Hist. March. Illufrant. Part. III. p. 54. Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVI. Wachterus Gl. German. Tom. I. p. 923. Eius mentionem tantum fecerunt Leibnitiana ad Tacitum et Praefide Peregrino ab Comite Illustriissimo Leopoldo Ferdinando de Prank iam quidem in S. R. I. exercitu Tribunum agente Strenuissimum duodecim ab-

LANGOBARDI idem fecerint, quod Catti. Quid autem isti fecerunt? *Vt primum adoleuerunt, crinem barbamque summittere, nec nisi hoste caeso exsuere votiuum obligatumque virtuti oris habitum.* 33.) Immo et quod Saxones, quorum aliqui quondam, qui bello superauerant, deuouerunt, se neque barbam neque capillos incifuros, nisi de hostibus *Suauis vleiscerentur.* 34.) Igitur qui barbam votiuam LANGOBARDIS eripiunt, videbantur 35.) *partem virtutis vna cum habitu oris eripere.* Ego tamen, quid quid Diaconus dicat, et quid quid ex Tacito de Cattorum *submissa barba* argumenti gratia adferatur, parum mihi persuadeo. 36.) *Nam rara et priuata cuiusque Germanorum audentia apud Cattos in consensum uertat.* 37.) Et quis ad huc idoneis argumentis LANGOBARDOS barbae nutriendae prae aliis gentibus vnice studuisse probauit? Idem desidero 38.) in iis, qui *Lingones* 39.) ex Germania 40.)

G g 3

et

hinc annis in Celeberrima Salisburgensi Academia mascule defensa Disp. de Origine Germanorum Part. III. Sect. II. §. III. p. 153. Negarunt suffragia Peuceri Chronicon Carionis Lib. III. Entzeltius et Loecenius nota 29. citati, Hist. Vniu. Terrar. Orb. Britann. per Baumgartenium nostratibus procurata Tom. XVII. Lib. III. Cap. XIII. Sect. I. §. VII. p. 13. Geograph. Nou. Europ. Itiner. Lib. VIII. Cap. III. §. I. p. 107. in nota. Iunkerus Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. III §. II. p. 166. dubitat, vllam Teutonum gentem vnquam a cultu traxisse nomen suum. Immo pro absurdo declarauit Abellius nota 29. nominatus.

32.) Wachterus in Gl. German. Tom. I. p. 923. quod hauserit ex Schookii Hist. March. Antiq. Lib. III. §. XII. qui nec ipse isti opinioni cal-

culum adiicit, quin alteram a Boerde petitam praeferat.

33.) Si Tacito fides in German. Cap. XXXI. n. I.

34.) Teste illo Paulo Warnefrido Lib. III. Cap. VII.

35.) Wachtero, cuius haud reminiscebatur Cl. Steffensius. Alioquin p. 53. de Incol. Teuton. Prisc. non scripsisset, dudum defuisse, qui credant, *longas barbas illis nomen dedisse.*

36.) Vt Speneri nota 29. adpelati, quae p. 76. protulit, faciam mea. Sed et longe ante Beutherus ibidem nominatus respuit istam a *longis barbibus* captam rationem.

37.) Vt pronunciauit Tacitus Cap. XXXI. n. I.

38.) Fuit igitur, quod sub examinibus incudem vocaret Puteanus in Hist. Infubr. Lib. II. Cap. II. Im-

et *Bardos* 41.) ex Gallia 42.) facta vnione ad vtramque Padi ripam sedem fixisse pro certo habent. 43.) Iis fauere viderentur *Δγγω-
ves*, quo modo et iidem scribuntur. 44.) Ita enim plane prodirent LONGOBARDI. Sed qui constaret fides Cornelio eos non ad Padum sed in Sueuis collocanti 45.) non meridiem versus sed ad septentrionem? Nonne *Lingones* LANGOBARDIS natu priores esse oportet, si illi horum parentes? Iam vero iidem auctores vtramque gentem eodem tempore memorant. Nati autem LANGOBARDI in ipsa Germania indigenae minimeque aliarum gentium aduentibus et hospitibus misti nec alio quam suo nomine nobilitati. 46.) *Lang* quis est, qui peregrinae originis postulet, nisi qui nostrae linguae expertus? *Barde*, *Baerde*, *Buerde* per Saxoniam inferiorem vicinasque regiones vel illiteratissimo cuique familiarissima. Vnde autem? Num *litus* significant? 47.) Non ad *litus* sed longe remota ista ab oris maris. *Gebaeren* 48.) satis prodit originem 49.) sui esse *Baeren*, 50.) quod idem ac *proferre*, *producere*,

probauit plane Brechenmacherus nota 29. inductus.

39.) Memorati Plinio Hist. Nat. Lib. III. Cap. XVII. Straboni *Γεωγ-
γεια* Lib. III. p. 295. et 319. Caesari de Bell. Gall. Lib. III. Cap. X. n. 1. Lini Hist. Rom. Lib. V. Cap. XXXV. n. 2. Tacito Hist. Lib. III. Cap. LV. n. 3. Claudiano Consulat. Stilich. vs. 94. quorum caput Eutropio *Ισεγ.* Lib. VIII. Cap. XV. n. 1. *Lingones*, et in Notitia Prouinciar. *Ciuitas Lingonum*, quae in hodierno *Langres* perennauit. Videatur Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. III. Sect. III. S. LV. seq.

40.) Auctore Luitio Lib. V. Cap. XXXV. n. 2.

41.) Strabonis *Γεωγεια* Lib. III. p. 197.

42.) Cui eos fert acceptum idem geographus.

43.) In Hist. Vniuers. notae 31. adhibita et Thesauro Gesneriano Tom. III. p. 119. Bodino tribuit hoc Praecl. Bekmannus in Marchia Brandenburgica Part. I. Cap. II. p. 49.

44.) Ptolemaeo apud Cellarium laudatum nota 39.

45.) Capite saepius citato XXXX. n. 1.

46.) Quod haud obscure prodit idem.

47.) Quod sine vlla probatione edixit Eccardus de Origine German. Lib. I. §. LXXXVIII.

48.) Vnde iam *Langobardos* petiit Crusius nota 31. euocatus.

49.) Quam inquisiuit Wachterus Tom. I. p. 97. seq.

cere, gignere, procreare. 51.) Baerde igitur monstrat solum planum pariendis fructibus matris terrae commodum atque vber. 52.) Hinc incolae eius Barde, 53.) Boerder. 54.) Quo ergo iure palustria longiora (adpellantur 55.) Lange moer, eodem Lange boerde 56.) longus soli fertilis tractus eiusdemque coloni Langeboerder. 57.) Soli autem indoles pluribus Germaniae cultoribus imposuit nomen. 58.) Angriuarii, quia non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae ciuitates, in quas Germania patescit, sed intra valles conclusi. 59.) Batauis, quia tenebant opimum optimumque solum. 60.) Brucleris, quia paludibus et lacubus distincti. 61.) Marsis, quorum terra rigatur. 62.) Quod si fructus est studii etymologici recte instituti, ut vel ex nominibus fluuiorum, siluarum et locorum de antiquis incolis et statu regionum vetustissimo nec in literas relato aliqua

50.) Qui p. 191. id parentem venditavit vocabuli *Borde*.

51.) Quem p. 96 seqq. pluribus monstrantem audias legasue.

52.) En locupletissimos testes! Meibomium, Sagittarium, Schloepkenium in Bardeuco suo, Peucerum Chron. Carion. Lib. III. Entzeltium in Chron. March Vet. Cap. XIII. Schookium, Winkelmannum, Brechenmacherum, Dithmarum, Abelium, Cl. Steffensium nota 29. et Geograph. Europ. nota 31. nominatos, quibus cum iunge obseruata in Critic. Tentamin. Greifswaldens. Societat. Teuton. Part. X. Obf. III. §. II. p. 386. et Rothinn de Chaucis Cap. III. §. III. in Summ. Reu. Pratiij Bremens. et Verdens. Part. I. p. 85. seqq.

53.) Apud Helmoldum in Chron. Slauro. et Venedor. Lib. I. Cap. XXV.

54.) Apud Winkelmannum in Notit. Westphal. Lib. II. Cap. III.

§. XXX. p. 260. a Pessingero in Vitriar. I. P. Lib. I. Tit. III. §. V. nota 40. (d) p. 368. transcripto.

55.) Schildio de Caucis Lib. I. Cap. V.

56.) Reineccio recensente Wachtero p. 923. item Chron. Carionis vernaculo Lib. III. p. 17. b. atque Cl. Steffensio p. 53.

57.) Hac forma in Iablonskiana versione Cornelii principio Capituli XXXX. comparentes.

58.) Quod vsus edocuit Leibnitium ad Tacit. German. Cap. XXXX. et Bekmannum in March. Brandenburg. Part. I. Cap. II. §. II.

59.) Ex interpretatione eiusdem Leibnitii.

60.) Hoc ex Dithmari.

61.) Quod multis adserui in Notitia Hermunduror. Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. III. nota 57.

62.) Vt hoc nota 26.

aliqua tenus certi quid pronunciare, et in tenebris aliquantulum lucis subinde cernere possumus; 63.) inuestigem loca, quibus ad huc remansit quidpiam ex illa adpellatione. Tale se offert in isto quondam famosissimo *Bardeuico*, 64.) in *Bardengaw*, 65.) in *Hobe* et *Holzboerde*, *Bardeleben*, *Ekenbardeleben*, *Bardenbeke*. 66.) Si igitur LANGOBARDI vel Magdeburgica atque Marchica tenuerint, 67.) vicini fuerunt HERMVNDVRIS non refragantibus priscis. 68.)

63.) Quo filo Ariadnaeo tot viarum ambages euasit Celeberrimus ab Eckhart, quod fateri haud erubescit in *Diss. de Apolline Granno Mogouno* §. VIII, ab *Perillustri Estorio* in *Kuchenbeckeri Anal. Hasfiac. Collect.* III. p. 233. edita.

64.) *Beati Rhenani Lib. II. Germ. ab Althamero adducti*, cui hic suffragatur ad *Tacit. Cap. XXXX. pr. Neuwaldi de Colon. Westphal. Cap. XII. p. 62.* *Leibnitii ad eadem Taciti apud Hertium in Notit. Vet. German. Pop. Part. II. Cap. II. §. XXII.* *Eccardi de Orig. German. Lib. I. §. LVIII. p. 127.* *Schoettgenii in Spicileg. Diplom. Hist. Saxon. Super. Part. I. Obseruat. I. §. II. Brechenmacheri et Illustriissimi Prankii nota 29. laudatorum indicio, item Cl. Steffensii p. 56.*

65.) *Ex Althameriana, Leibnitiana, Brechenmacheriana, Schoettgeniana, Frankiana, Steffensiana coniectura.*

66.) *Quae Brechenmacherus toties nominatus nominat, item Abelius p. 368. atque Schoettgenius.*

67.) *Quibus ea adsignauerunt*

Melanthon de Vocab. Region. et Gent. Germ. in Schardianae Collect. Tom. I. p. 195. *Albinus in Chron. Misn. Terr. Tit. III. p. 42. et Tit. XIII. p. 175.* *Cureus in Gent. Siles. Annal. p. 25.* *Hartknochius de Origin. Pomeran. §. V.* *Micraelius in Antiq. Pomeran. Lib. I. Sect. LV.* *Pregizerus de Regn. Gent. in Europa Princip. ex Sueuis §. XXIII. in Wegeliniani Thes. Suen. Vol. I. p. 240.* *Calucrius in Saxon. Infer. Antiq. Part. I. Lib. I. Cap. III. §. VII.* *Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. II. §. LXI.* *Spenerus Lib. V. Cap. III. §. XXVI. nota (§) p. 78. et plerique omnes antea nominati, nec non Cornelii interpretes, Althamerus, Leibnitius, Lacarius, Ioblonkius, Walchius, item Grotnitius in eius versione Teutonica per parenthesis.*

68.) *Strabone Γεωγραφ. Lib. VII. p. 446.* *Ptolemaeo Γεωγραφ. Ἰόν. γῆς. Lib. II. Cap. XI.* *Velleio Patriculo Hist. Roman. Lib. II. Cap. CVI. n. 2.* *Tacito Annal. Lib. II. Cap. XXXV. n. I, et Lib. XI. Cap. XVII. n. 3.*

Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXII

VT
SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI
MARGGRAFII. BRANDENBVRGI. DVCIS. PRVSSIAE
RELIQVA
NATALEM
QVINQVAGESIMVM. SECVNDVM
D. X. MAII. MDCCCLXII. IN. CVRIANO
DEBITA. PIETATE. ET. RELIGIONE. PRAEEVNTIBVS
IO. GEORG. ALBERTO. CAROLO. BAVMANNO
LVDOVICOPOLITANO
CARMINE. MARONIANO. VOTIVO
IOANNE. GEORGIO. CRAVSIO. CVRIENSI
ORATIONE. LATINA
DE. MORTE. PRINCIPVM. NVNC. BELLI NVNC. PACIS. NATALI
GEORG. CHRISTOPH. LOEWELIO. NEVLINENSI
ORATIONE. VERNACVLA
DE. PERPETVA. RVSSOS. INTER. ET. PRVSSOS. AMICITIA
CONCELEBRENT
REI. PVBLICAE. PROCERES. CIVES. Q
QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. IT. ROGATVM
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
CAESAREAE. FRANCISCAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. SOC. IENENS. LATIN. ET. ALTORF.
TEVTON. SOC. HONORARIVS
CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDRAEAE. HETSCHELII
GYMN. TYP